

†

BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA.

Esta publicacion oficial, que solo se hace para las Iglesias y Párrocos de la Diócesis, saldrá dos veces al mes en los dias que el Prelado dispusiere. Las reclamaciones se dirigirán á la Secretaría de Cámara del Obispado.

MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA.*Negocios eclesiásticos.*

La Reina (q. D. g.) para evitar que la jurisdiccion eclesiástica quede sin la debida representacion oficial y sin la conveniente defensa en los recursos de fuerza que de las providencias de los tribunales eclesiásticos se elevan á las Audiencias territoriales, se ha servido determinar, de acuerdo con lo propuesto por la seccion de Gracia y Justicia del Consejo de Estado, que los fiscales de las Audiencias sean parte indispensable en todos los juicios de esta clase y sostengan la defensa de la jurisdiccion eclesiástica cuando crean que los tribunales de este fuero no se han estralimitado de las atribuciones que les competen.

De Real orden lo digo á V. E. para su conocimiento, el de los fiscales de las audiencias, á quienes se servirá V. E. transmitirlo, y efectos que en su virtud correspondan. Dios guarde á V. E. muchos años. Madrid 23 de Agosto de 1861.—Fernandez

Negrete.—Señor fiscal del Tribunal Supremo de Justicia.

CUADRO

de los Superiores y Profesores del Seminario Conciliar de Salamanca para el curso de 1861 en 1862.

- D. Carlos María Maldonado, Rector.
- D. Antonio Goberna, Vice-Rector.
- D. Francisco de Paula Gimenez, Profesor de Patrología y Oratoria sagrada.
- D. José de la Cuesta, id. de Escritura sagrada.
- D. Carlos María Maldonado, id. de Teología.
- D. José Romano, id. de id.
- D. Pedro Saenz de Cenzano, id. de Teología moral.
- D. Antonio Michelena, id. de Historia eclesiástica y carrera abreviada.
- D. Juan Nepomuceno Lobo, id. de Teología pastoral y liturgia.
- D. Juan Vinader, id. de lengua hebrea.
- D. Juan Bombardo, id. de SS. Cánones.
- D. Benito Viñes, id. de 3.º de Filosofía.
- D. Fructuoso Morel, id. de 2.º de id.
- D. Santos Angileri, id. de 1.º de id.
- D. Antonio Gacio y D. Antonio Rota, id. de 2.º de Humanidades y Canto llano.
- D. Pascual Nieto, id. de 1.º de id.
- D. Pedro Echevarría, id. de 2.º de Latinidad.
- D. Gerónimo Rojas, id. de 1.º de id.

Lic. Anastasio Leal, V. Srio.

BIBLIAS PROTESTANTES.

Una de las principales armas que emplean los enemigos del catolicismo para minar la enseñanza pública y esparcir á mansalva la mala semilla, es la profusa circulacion de libros heréticos y anti-cristianos que bajo la apariencia de una religiosidad ortodoxa, encierran un veueno que raras veces deja de herir mortalmente, si, como acontece, se deposita en el corazon de los incautos. Entre estos libros que contaminan, merecen especial mencion las *Biblias protestantes* que vestidas de mansisimo cordero representan á aquel lobo voraz de que nos habla el Evangelio. Estas Biblias no solo no son lo que sus frontis aparentan, por mas que se las engalane traidoramente con el nombre respetabilisimo del P. Felipe Scio de San Miguel, del cual se supone que es la traduccion, sino que en vez de Biblias son retazos intencionados del Antiguo y Nuevo Testamento, de los cuales se suprimen todos aquellos pasages que la heregia protestante cree necesarios para dejar á salvo su odio á la autoridad de la Iglesia y á la verdadera doctrina de Jesucristo. Hay pues precision de que los encargados de la enseñanza sepan distinguir las Biblias verdaderas de las fraudulentas ó inglesas, y creemos hacerles un señalado servicio para el buen desempeño de su cargo, indicándoles los puntos capitales en que difieren, para que impremeditadamente no acepten y conserven como bueno lo mismo que la Iglesia tiene reprobado y para que en casos dados puedan examinar los libros que como Biblias lleguen á sus manos y sepan separar el trigo de la zizaña.

Los protestantes arrancan impiamente de la Biblia

nada menos que los libros de *Baruch*, la *Sabiduría*, el *Eclesiástico*, *Tobías*, *Judith*, los dos libros de los *Machabeos*, y además se atreven á suprimir en los otros varios pasajes, como en la historia de *Esther* los siete últimos capítulos, escepto los tres primeros versículos del capítulo X; en *Daniel* setenta versículos del capítulo III, desde el veinticuatro inclusive, comprendiendo en la supresion la súplica de Azarías, el himno de los tres jóvenes hebreos Sidrach, Misách y Abdénago, cuando estaban en el horno; y por fin, en el mismo *Daniel* los dos últimos capítulos que tratan de la historia de Susana y de los ídolos de Bel y de Dragon. Y si á esto se añade que no aparece ni una siquiera de las infinitas notas del P. Scio para explicar segun la Iglesia, el sentido de las expresiones ó frases oscuras ó de doble significado, se ve claramente que no solo no pueden llamarse católicas ni cristianas las Biblias que por burla llevan tal nombre, sino que están comprendidas en el anatema que el Concilio de Trento lanzó contra cuantos no tienen por sagrados todos los libros que admite la Iglesia en la verdadera Biblia ó Vulgata latina.

ADMINISTRACION ECÓNOMICA DE ESTA DIÓCESIS.

En 23 del pasado Setiembre prestó su conformidad el agente Sr. Herrero Pinto á las liquidaciones de la deuda del personal de los acreedores siguientes.

D. Manuel Fraile.

D. Fernando Ramos.

D. Santiago Palomero.

D. Claudio Rodriguez.

D. Ambrosio Sanchez.	D. Agustin Tabernero.
D. Lorenzo Sanchez.	D. Benito Trabazos.
D. Miguel Sanchez.	D. Buenaventura Tolosa.
D. Pedro Seisedos.	D. José Maria Tapia.
D. Remigio Sanchez.	D. Eleuterio Vicente.
D. Juan Salvador.	D. Victoriano Valencia.
D. Luis Santos.	

Salamanca 1.º de Octubre de 1861. — El Administrador Económico, *Pedro Rodrigo Yusto*.

Declaracion relativa á las indulgencias de la oracion
SACROSANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATI, etc.

La Sagrada Congregacion de Indulgencias acaba de declarar que se debe rezar de rodillas la oracion *Sacrosanctæ et individuæ Trinitati, etc.*: para poder ganar las indulgencias ó absoluciones concedidas por Leon X. Al aprobar esta resolucion nuestro Santísimo Padre el Papa Pio IX, ha permitido que puedan tambien ganar las dichas indulgencias los que por enfermedad están impedidos de rezarlas de rodillas.

Hé aquí el decreto publicado con fecha 7 de Enero de 1856:

Urbis et Orbis. Decretum. Cum sacræ huic Congregationi Indulgentiis Sacriisque Reliquis præpositæ in unam Melden. inter alia exhibitum fuisset dubium enodandum: «An ad lucrandam Indulgentiam vel fructum orationis *Sacrosanctæ et individuæ, etc.*, necessario flexis genibus hæc oratio sit dicenda: vel an saltem in casu legitimi impedimenti ambulando, sedendo recitari valeat?» Emmi. Patres in generalibus Comitibus die 5 martii superioris anni apud Vaticanas

Ades habitis respondendum esse duxerunt: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.» Facta itaque Sanctissimo Domino nostro Pio PP. IX relatione per me infrascriptum S. Congregationis Secretarium die 12 ejusdem mensis, Sanctitas Sua votum Emmorum. Patrum approbavit. In audientia vero SSmi. die 12 julii ejusdem anni ab Emmo. Cardinali præfatæ S. Congregationis Præfecto habita eadem Sanctitas Sua ex speciali gratia elementer indulgit, ut Oratio *Sacrosanctæ*, etc. pro lucranda Indulgentia a sa. me, Leone PP. X annexa, seu fructu dictæ orationis, etiam non flexis genibus recitari possit ab iis, qui legitime impediti fuerint infirmitatis tantum causa. Præsenti valituro absque ulla Brevis expeditioni, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregatione Indulgentiarum die 7 Januarii 1856. = Loco ✠ Signi. = F. Card. ASQUINIUS, Præf. = A. COLOMBO, Secretarius.

Informe razonado escrito por el Secretario de la sagrada Congregacion de Ritos para la correccion del Misal romano, con las resoluciones y decretos expedidos.

Sacra Rituum Congregatione particulari à Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX deputata urbis et orbis. Missalem Romanum. Ex officio.

Emi. et Rmi. Domini. Quamquam Summi Pontifices Sanctus Pius V, Clemens VIII, et Urbanus VIII Missali Romano ad mentem Tridentinæ synodi à se restituto ac recognito quidquam *addi, detrahi vel im-*

mutari privata cujuslibet auctoritate sub gravissimarum pœnarum censura prohibuerint, constat nihilominus typographos, et bibliopolas non ita semper huic legi paruisse, ut innovandi libidini sæpissime non indulserint. Cujus quidem temeritatis, antiquioribus omissis, quæ in medium proferri possent, exemplis, luculentissimum argumentum suppedita sæculo XVIII ineunte, Sacra Ritum Congregatio dum omnem curam diligentiamque adhibuit, ut à viris rerum liturgicarum peritissimis, ac præside cl. mem. Cardinali Barberino, novum in typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide imprimeretur Missale ab omnibus plane mendis ac novitatibus purgatum, quæ in præcedentes Missalis Romanis editiones passim irrepserant, prout ostendunt duo *Urbis et Orbis* decreta ab ipsa Sacra Rituum Congregatione eum in finem lata diebus 25 septembris 1706 et 18 septembris 1714 (n. 3754 et 3873). 4

Optandum sane fuisset ut ad accuratissimam hanc, et nitidissimam editionem, quæ anno 1714 lucem adspexit, oculos intendissent quicumque insequenti ætate nova missalia ediderunt. Verum satis est recentiora missalia huc illuc fortuito percurrere, ut, comparatione instituta cum editione prædicta, statim appareat non pauca in iisdem missalibus, præsertim quoad rubricas, vel addita, vel immutata temere atque ex arbitrio fuisse, *temere* inquam et *ex arbitrio*. Nec enim eum ejusmodi additionibus, et innovationibus confundi debent variationes illæ, quas auctoritate Sedis Apostolicæ accedente, Missale Romanum post annum 1714

4 Decreta Sacrorum Rituum Congregationis in hac lucubratione allegantur justa seriem numerorum, sub quibus singula ordinata fuerunt in novissima editione Collectionis Cardellianæ annorum 1856 et 1858.

necessario subivit tum ob XXXV nova Sanctorum festa partim mobilia, partim fixa calendario universalis Ecclesiae superaddita; tum ob alia XXIV festa à ritu simplici vel semiduplici, quo antea potiebantur, ad ritum ampliorem evecta. Has siquidem variationes legitimas esse dicendas, nemo est qui non videat. Ast si de primis illis variationibus sermo sit, quas privatum tantummodo editorum arbitrium induxit, eas à Missali Romano, quoad fieri possit, expungi oportere constitutiones laudatorum Pontificum suadent, quæ in in fronte ipsius missalis leguntur.

Hisee breviter prænotatis, quum duo Romæ quamprimum edenda sint nova missalia, alterum ex typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, alterum vero ex typographia Josephi Salviucci, hodiernus Sacrorum Rituum Congregationis secretarius juxta decretum generale *super librorum liturgicorum* diei 26 aprilis 1834 (n. 4730) sui muneris esse duxit omni vi studioque eniti ut duo isthæc nova missalia plene concordent cum archetypis editionibus Clementis VIII ac Urbani VIII nec non cum alia, quæ illas fidelissime expressit, typis S. C. de Propaganda Fide publici juris facta anno 1714. Id autem ut facile assequeretur, viris non minus diligentibus, quam rubricarum scientia præditis in partem laboris adscitis, omnia illa, de quorum gravitate dubium aliquod exoriri potuit, non modo cum prædictis, sed quoties necesse visum est, etiam cum tribus aliis optimæ notæ editionibus conferre curavit non multo post Urbanum VIII censis, sive Romæ anno 1645 à Bernardino Tani, et anno 1677 à typographia Reverendæ Camera Apostolicæ, sive Venetiis anno 1654 à Francisco Boba. Confugit insuper ad decreta authentica Sacrorum Rituum Congregationis, atque ex his, præsertim si universum catholicum Orbem respicerent, tutissimam

normam desumpsit ad plura illis contraria corrigenda vel eliminanda. Verum quum in hoc examine nonnulla sibi occurrerint gravioris momenti dubia, ne propterea ab incœpto opere desistere cogatur, illa lubenti animo subjicit Eminentiarum Vestrarum iudicio, quas pro iisdem discutiendis, et dirimendis Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX in particularem Congregationem coire voluit.

Sequuntur Dubia:

DUBIUM I.

Certum est in oratione: *Nobis quoque peccatoribus* intra missæ canonem non nisi hæc tria verba clara voce esse dicenda; idque aperte innuunt tum rubricæ generales, cap. xvi, n. 1, tum ritus servandus in celebratione missæ, cap. ix, n. 3, ubi ita præscribitur: *Quum dicit* (sacerdos) *Nobis quoque peccatoribus, vocem aliquantulum elevat, et prosequitur secreto famulis tuis, etc.*

Sed quum accurata isthæc distinctio inter verba, quæ secreto, aut elata voce proferri debent desideretur in rubrica Ordinis Missæ absolute præseribente: *Manu dextera percutit sibi pectus elata parum voce dicens nobis quoque peccatoribus famulis tuis, etc.*, quisque videt clariorem hanc postremam rubricam futuram si post verba: *Nobis quoque peccatoribus* inter parenthesis rubro caractere conscripta brevis hæc adnotatio: *Et prosequitur secreto* adderetur. Verum huic additioni unum est quod apprime obstare posset, auctoritas nimirum missalium archetyporum Clementis VIII et Urbani VIII aliorumque usque in præsens editorum, adnotationem prædictam nullimodo habentium.

Hinc quæritur : An expediat prædictam additionem fieri in duobus missalibus proxime edendis?

DUBIUM II.

Neque in rubricis generalibus, neque in ritu celebrandi missam, neque in Ordine Missæ dum statuitur ut in fine missæ legatur evangelium sancti Joannis: *In principio erat Verbum*, ulla indicatio occurrit, qua scire possit sacerdos, in qua parte missalis evangelium illud reperiatur; et istiusmodi silentium commune est quibuscumque Missalis Romani editionibus, non exclusis archetypis Clementis VIII et Urbani VIII. Quum autem peropportunum videri possit id aliquo modo in Ordine Missæ indicari, seu remittendo sacerdotem per simplicem citationem folii ad tertiam missam Nativitatis Domini, ubi prædictum evangelium habetur, seu evangelium ipsum apponendo per extensum in fine Ordinis Missæ, prout fieri solet in canone missæ pontificalis, quæritur :

An, et quomodo allegatio prædicti evangelii apponi possit in missalibus proxime edendis?

DUBIUM III.

Quum ab anno 1806 in persona Francisci II Austriae imperatoris cessaverit romanum imperium, non amplius hodie dicendæ sunt orationes pro romanorum imperatore assignatæ tum feria VI in Parasceve in missa Præsantificationum, tum Sabbato Sancto in postrema parte præconii paschalis, prout expresse declaravit Sacra Rituum Congregatio in *Sarsinaten.*, 5 augusti 1839 (n. 4860), in *Catarent.*, 31 augusti

138 a(n. 4872), in Mechlinien., 7 decembris 1844
d 6 (n. 4985), in Maceraten., 14 junii 1844 ad
66(n. 9042). Quæritur ergo;

1. An prædictæ orationes expungendæ sint in no-
vis Missalis Romani editionibus? *Et qua tenus nega-
tive.* 2. An ad utramque orationem brevis apponi de-
beat rubrica, qua declaretur eas hodie esse omitten-
das? *Et quatenus negative.* 3. An saltem istiusmodi
adnotatio apponi debeat initio missalis post rubricas
generales inter decreta Sacrarum Rituum Congre-
gationis?

DUBIUM IV.

Quotquot in lucem prodierunt post Urbanum VIII
Missalis Romani editiones, recentioribus tantummodo
exceptis, rubricam missæ de solemnitate Corporis
Christi his verbis concipiunt: *Infra octavam dicitur
hæc eadem missa, et non fit de aliquo Sancto, nisi fue-
rit duplex occurrens, non autem translatum.* Ita in edi-
tione romana anni 1643 apud Bernardinum Tani, in
Veneta anni 1654 apud Franciscum Boba: in alia
romana anni 1677 typis Reverendæ Cameræ Apos-
tolicæ, nec non, plurimis aliis editionibus omissis, in
romana anni 1714 ex typographia de Propaganda
Fide. Rubricæ huic perfecte concordat parallela Bre-
viarii romani rubrica ante officium Corporis Christi,
quæ ita se habet: *Infra octavam non fit de festo, nisi
fuerit duplex..... nec fit de duplci translato.* Verum
quum in recentioribus editionibus primæ rubricæ ad-
dita privato arbitrio hæc verba fuerint, *et nisi sit pri-
mæ, vel secundæ clasis,* factum hinc est, ut quæ inter
utramque rubricam aderat olim perfectissima conso-
nantia, ob recens istiusmodi additamentum omnino

cessaverit. Ceterum quum denegari non possit verba, *nisi sit primæ, vel secundæ classis*, cohærere declarationi in nonnullis particularibus decretis a Sacra Rituum Congregatione factæ præsertim in *Ulixbonen.*, diei 30 maii 1699 ad 2 (n. 5521); hinc quæritur:

An a prædicta missalis rubrica expungenda sint verba recentius addita, *nisi sint primæ vel secundæ classis?*

DUBIUM V.

In festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis ante missam legitur hæc rubrica: *Si hoc festum venerit in dominicis septuagesimæ, sexagesimæ vel quinquagesimæ, fit tantum benedictio et distributio candelarum, et processio et missa dicitur de dominicâ. Missa autem festi transfertur ad sequentem diem.* Quid nomine *sequentis diei* in hac rubrica foret intelligendum nullum potuit exoriri dubium donec dies 3 februarii nonnisi a festo simplici fuit occupata. At postquam contra votum a Sacra Congregatione expressum in *Bergomen.*, diei 9 augusti 1681 ad 2 (n. 2961) pro multis diœcesibus prædictæ diei affigi cœpit festum duplex, vel semiduplex; tunc quidem non immerito dubitatum fuit utrum pro *die sequenti* intelligenda foret ipsa dies 3 februarii, quamvis impedita, an potius prima dies post eam vacua a festo duplici vel semiduplici. Cui dubio Sacra Rituum Congregatio ut occurreret generale decretum edidit *Urbis et Orbis die 20 iulii 1748* (n. 4197), quo ita cavuit: *Quando ejusmodi casus intervenerit officium Purificationis esse transferendum in feriam secundam immediate sequentem, quocumque festo etiam æqualis, non tamen altioris ritus in eam incidente. Et ita servandum mandavit quando festum Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis*

occurrat in dominica privilegiata. Quod si in hebdomada majori vel paschali, tunc Annuntiationis officium pari cum privilegio in feriam secundam post dominicam in Albis voluit transferri. Atque hoc decretum generalibus calendarii romani rubricis adjici præcepit. Quum itaque hoc decretum juxta mentem Sacræ Congregationis adjici debeat rubricis generalibus, quæritur.

An in prædicta Missalis Romani rubrica verba in sequentem diem commutanda sint cum hisce verbis, in feriam secundam immediate sequentem quocumque festo etiam æqualis, non autem altioris ritus in eam incidente?

DUBIUM VI.

Eadem ob causa quæritur an ante missam Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis sit nova rubrica adjicienda, qua privilegium hujus festi annuntietur ad formam præcitati decreti *Urbis et Orbis* diei 20 julii 1748?

DUBIUM VII.

Quum autem idem privilegium, et sub eadem clausula ut *generalibus calendarii romani rubricis adjiciatur* hoc vertente anno fuerit a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX decreto *Urbis et Orbis* diei 24 maii tributum festo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, quæritur.

An similis rubrica huic quoque festo sit adjicienda?

DUBIUM VIII.

In omnibus antiquis editionibus Missalis Romani, non exclusis illis Clementis VIII et Urbani VIII im-

mediate ante missam Purificationis Beatæ Mariæ Virginis ita legitur: *Finita processione... candelæ tenentur in manibus accensæ dum legitur evangelium, et iterum ad elevationem sacramenti usque ad communionem.* Huic rubricæ in recentibus editionibus adjuncta fuerunt hæc alia verba ad litteram desumpta ex Cæremoniali episcoporum, lib. 2, cap. 16, n. 19: *Si vero missa fuerit de Dominica, candelæ non accenduntur.* Inficiari nequit additamentum istud in se spectatum eam utilitatem præseferre, ut rubricæ uberius declarandæ optime inserviat, ipsaque verba, quibus conceptum fuit quatenus derivata ex Cæremoniali episcoporum, vim legis habere. Nihilominus quum eadem additio nova sit, et privato tantum arbitrio facta, quæritur: Utrum eadem conservari, an potius supprimi debeat?

DUBIUM IX.

Duo festa septem Dolorum Beatæ Mariæ Virginis, quorum alterum affixum est feriæ sextæ post dominicam Passionis, alterum vero dominicæ III septembris reguntur quoad modum translationis non a generalibus Breviarii et Missalis Romani rubricis, sed a legibus omnino propriis, quæ inter prædictas rubricas minime continentur.

Siquidem de primo illo festo cautum est, ut quando celebrari nequit feria VI post dominicam Passionis, vel in sequenti sabbato, illo anno omittatur nec transferatur ad tempus paschale.

Ita definivit Sacra Rituum Congregatio in *Corduben* die 3 septembris 1672 ad 3 et 4 (n. 2594).

De secundo autem festo duo extant decreta *Urbis et Orbis* dierum 18 septembris 1814 et 19 augusti 1817 (n. 4513 et 4541), quibus regulæ illud transferendi de una in aliam dominicam fuisse declarantur.

Jam vero quum ad sacerdotum instructionem pe-
roportunum videatur ut de modo eadem festa trans-
ferendi aliquid adnotetur in novo missali, quæritur:

An ante missam utriusque festi sit apponenda pe-
culiaris rubrica, qua ordo translationis declaretur ad
formam prædictorum decretorum?

(Prosequetur.)

Con fecha 20 de Setiembre último se sirvió S. M.
nombrar para la Silla Episcopal de Teruel al Sr. Doc-
tor D. Francisco de Paula Jimenez, Canónigo Magis-
tral de esta Santa Basilica Catedral, cuyo nombra-
miento ha sido recibido en esta Ciudad con genera-
l aceptación. A pesar de su modestia, creemos que el
Señor Jimenez no defraudará las esperanzas concebi-
das, y que aceptará tan elevada dignidad, por grave
y delicada que sea su mision en estos tiempos.

AVISO.

El viernes 25 del corriente mes habrá Sala Sino-
dal para renovacion de licencias.

*Continúa la lista de los donativos hechos en esta
diócesis á favor del Sumo Pontífice.*

	Rs. Cén.
<i>Suma anterior.</i>	110170 92
El Párroco de Ventosa.	126

El Párroco de Machacon.	20
Del difunto Párroco de Santo Tomé de los Caballeros.	800
El Párroco de Sancho de Robledo.	80
El Párroco de Aldearrubia.	50
<hr/>	
TOTAL.	111246 92
<hr/>	

Lic. Anastasio Leal.

ANUNCIO.

MÉTODO DE CANTO LLANO.

Con el objeto de que todos los clérigos aprendan el canto llano, con uniformidad y sencillez, ha escrito el Excmo. é Ilmo. Sr. Arzobispo Claret un método titulado *Arte de canto eclesiástico y cantoral, para uso de los Seminarios*. Para componerlo se ha valido de los autores mas clásicos que han escrito hasta el presente sobre esta materia, tanto antiguos como modernos; y en vista de las obras de estos maestros ha confeccionado su método conforme á las reglas exactas é invariables del arte musical, tan fácil y sencillo, que los discípulos en muy poco tiempo pueden aprenderlo.

Este método, á pesar de ser el mas sencillo, es sin embargo el mas completo, y que solo cuesta 14 rs. en Madrid en las librerías de Aguado y de Olamendi. En los pedidos por mayor se regala uno en cada doce.

IMPRESA DE D. TELESFORO OLIVA.